1 Fronem in Imgerode

Nos Conradus miles et Hermanus dicti de Indagine
consanguineus et affines tenore presentium recognoscimus
et Alucide protestamur quod in recompensam et
restaurum iuris patronatus ecclesie in Hundeshagen
filie ecclesie in Teistingenborch quod videlicet ius
patronatus prepositus et Sanctimoniales ecclesie Teist-
ingenburg ad prenotate maturo usi consilio et
tractatu diligenti prehabito nobis et heredibus et
fratribus nostris liberaliter contulerunt in allodio nostro
Imingerode unum fertonem argenti examinati eisdem
scilicet presto et quantum in annuis redditibus cum
consensu omnium heredum nostrorum et fratrum confirmamus
et largimur reservantes nobis optionem ut si
placuerit nobis possimus infra annum fertonem
huiusmodi in alio loco reditum nostrorum prefato
quantum assignare vel potius declarare In cuius
rei testimonium sigillorum nostrorum munimine
roborare decrevimus presens scriptum testes sunt
prepositus dominus Gehenno de Buren dominus Conradus
plebanus de Duderstat et dominus Gadefridus
reservarius Sacerdotes et alii quam plures fide
dignis datum anno domini M° CC° LXXXII In
Crastino Tiburcii et Valeriani Illustris

Conradus et Hermanus de Indagine, fur das Ius patronatus
in Hundeshag liberaliter contulerunt, in allodio nostro Imingerode
unum fertonem argenti examinati. Ex. Pr. 1282 in die Tiburtii